Kniezy

Opuscula in his miscellaneis sub W.o contenta sunt 33.

1. Oratio de coronatione B.V.M. in claro monte dedicata Christoph. Szembek Eppo Chelm. sine L.
2. Immaculatum Virginis Deiparæ lilietum, a Joa. Bapt. Agnensi et Stan. Jos. Bieżanowski utroque oculis seu visu orbato elaboratum et dispositum. Crac. 1675
3. Inaccessa Sanctissimæ Virginis Montana per Thom. Gromnicki ex voto. Oratio. Crac. 1667.
4. Majestas sacræ claromontanæ Imaginis per Dionys. Chelstowski O.S.Paul. Claromonti 1717. Orat.
5. Oraculum parthenium Virg. Deiparæ honori a Jo. Bapt. Agnensi et Stan. Jos. Bieżanowski Crac. 1668. simil. n.o 2.
6. Sacratissima Virginis Dei Matris Reg. Pol. Majestas a Seb. Piskorski versib. dem. Crac.
7. Theatrum Marianum.. in nemore Lezaysceensi a Joan. Bytomski productum Crac. 1642.
8. Kazanie przy tuższym solenn.m Dziękczynieniu za Dekret. Kanoniz. Bł. Stan. Kostki przez Stefana Szczanieckiego S.J. r. 1715. 3. Lut. miane. Kalisz.
9. Kazanie Jana Chryz. Benedykta Gnińskiego na Ur B. Stan. Kostk. 1657 miane. w Krak.
10 Korona z pochwał SS dwóch uwita per X. Ant. Lipiewicza O.M. Krak. 1748. S. Jan Nep. i Ant. Padew.
11 Laska i pieczęć nadworna Niebieska. czyli Kazania na S. Jan. Krzciciel. i Jan. Nep. per X. Fortunata Łosiewskiego† w Krak. 1732. † Franciszkana.
12 Malogranat albo Kazanie przy exekwiach Panny Xiężn. Ostrogskiey p. Woyc. Czarnockie.o S.J. Krak 1636
13 Promocya Kanonizacyi S. Jana Kant. czyli Kazanie p. X. Fortun. Łosiewsk.o Krak. 1732
14. Syn przyrastający S. Józef. czyli nań Kazanie per X. Marcelli Dziewulsk.o Franc. Krak. 1725.
15 Acumen Doloris ex obitu Stan. Szembek. Eppi Crac. per Mathiæ Jos. Kołędowicz Crac. 1721.
16 Ad mentem Patriæ caput. Stan. Leszczynski in fastos gloriæ relatum a Coll. Posn. S.J. relat. Posn. 1699.
17 Clavis aurea fracta seu in obit. Melchi. Michałowski, Joa.o Stan. Dzidowski poesis Crac. 1687
18 Classica mortis feralia Jos. Greg. Popiołek ab. academ. excitata. Crac. 1758.
19 Dissertationes sup rubricas de sepulturis et sumptib. funer. p Andr. Lipiewicz propos. Crac. 1751.
20 Dolorum oneraria navis in funere Stan. Luc. Opaleński per Seb. Tortowski Crac. 1712. orat.
21 Dolor Patriæ æternus in funere Constantini Feliciani Szaniawski Eppi Crac. a Congr. S.P. Crac. 1732. elogia.
Encomium ad solemnes exequias }
In obitum Seren.mi Principis } deficiunt.
Jactura orbis Literarii transmissa }
22 Xiężyc JW Leliwy w Jakubie Morsztynie adumbrowany od Koll. Krak S.J. 1729. Księżyc
23 Fatalis lunæ pallor ad urnam Jac. Morsztyn a Coll. S.J. Crac. 1729 adumbratus Orat. et Carmen.
24. Memoria Sæculor. in obitu Aug. II. per Ign. Cant. Herka. 1734. Panegyris
25 Monumentum doloris Mariæ Josephæ Reg. Pol. in obitu Versus lat. et pol. per Stan. Krzewski Crac. 1758.
26 Medela doloris in obitu Franc. Ant. Stokowski porrecta per Joan. Bryszkowski Crac. 1672 Orat.
27 Monumentum aureæ pipennis exaratum in ob. Alb. Koryciński Arch. Epp. Leop. per St. Jos. Bieżanowski Crac. 1677. orat.
28 Munus et dolor Sæculor. Stan. Dębski Eppus Crac. complorat a Collegiis S.J. Crac. 1700.
29. Parasceve in obit. Joann. Lukini per Ant. Jos. Żołędziowski descripta Crac 1750. Poesis.
30 Splendor Korybuthei Syderis in funere Mich. Reg. Pol. a Mathia Brocki carmine consecratus Crac. 1676.
31 Tropheum z pańskiego urodzenia, na pogrzebie Stan. Chomętowsk.o per X.re Brun. Osiecko ZSP. Częst. 1729. Kazanie
32 Tropheum ex immatura morte Helenæ Opalinia in Eccl. Rythw. a Carolo Trewani paneg. consecr. Crac. 1676.
33 Viva mors seu mortis superstes virtus et Gloria in exequiis Georg. Duc. a Zbaraż a Nic. Grodzieński Crac. 1631. elogia.

34 Authores in his Miscellaneis præter Anonymum sunt 24.

Anonymus 1, 16, 18. 21. 22 23. 28.
Agnensis Joan. Bapt. 2, 5.
Bieżanowski Stan. Jos. 2, 5, 27.
Brocki Mathias 30.
Byszkowski Joann. 26.
Bytomski Joann. 7.
Chelstowski Dyonysius O.S.Paul. 4.
Czarnocki Woyciech S.J. 12.
Dzidowski Joan. Stan. 17
Dziewulski X. Marcell. Z.S.Fr. 14.

Gninski Jan Chryz. Benedykt 9.
Grodzieński Nicol. 33.
Herka Ignat. Cant. 24.
Kołędowicz Mathias Jos. 15
Lipiewicz Andreas 19.
& X. Antoni O.M. 10
Łosiewicz X. Fortunat Z.S.Fr. 11. 13.
Osiecki X. Bruno Z.S.Pawł. 31
Piskorski Sebastianus 6
Gromnicki Thomas - - - 3.
Krzewski Stanislaus 25.
Szczaniecki X. Stefan S.J. 8.

Tortowski Sebastianus 20
Trewani Carolus 32
Żołędziowski Ant. Jos. 29.

(18)

DOLORUM ONERARIA NAVIS;

appellente ad portum æternitatis,

ILLUSTRISSIMO ac EXCELLENTISSIMO

Comite in Teczyn,

D. STANISLAO LUCA

de Bnin,

OPALENSKI,

Capitaneo Neocorcinensi,

intra funeris magnificentissimi, atq; dolentissimi apparatum,

in

Rytwianensi Religiosissimorum Patrum Camaldulensium Ecclesia adornatum.

Per

M. SEBASTIANUM TORTOWSKI,

Philosophiæ Doctorem & Professorem, Collegam Minorem, Historiographum Regium,

PRODUCTA.

Anno 1712. die prima Martij.

CRACOVIÆ, Typis Francisci Cezary, S. R. M. Illustrissimi & Reverendissimi Domini Episcopi Crac: Ducis Severiæ; necnon Scholarum Novoduorscianarum Ord: Typ.

Crede RATEM ventis? *Petronius Arbiter.*
--- ducunt SIDERA certa -- *Tibullus.*
-- AMNIQ; ſecundo
--- Nobilis ARGO
In cælum ſubducta -- *Manlius.*
-- vehet --
Delectos Heròás *Virgilius.*
Primoreſq; Patrum. -- *Silius.*
-- Proceſsit in altum *D. Arator.*
Hanc venti pulſare timent; - *Claudianus*
-- tuto placidiſsima portu, *Virgilius.*
Exonerat lacrymas, magnos lin-
qvitq; dolores. *Neotericus.*

CELSISSIMA PRINCEPS.

MAgnus Tibi Avunculus, tanquam Hæredi ex asse fortunas reliqvit, Tuo etiam SRZENIAVÆ, *& Suam* NAVEM *committit. Grande seculorum depositum; sed magno quoq; datur ferendum Flumini. Hanc Classem onerarûnt Heròés, explerunt merita, fasces & Curules adornârunt, Clavæ & galeæ timendam hostibus fecerunt. Horreret Simois & Scamander, licèt assvetus bella & acies vehere, tantum pondus fortunæ tolerare. Tuus CELSISSIMA PRINCEPS SRZENIAVA, & amoris fretus auxiliis, & sua par mole, ad omne promontorium OPALENIORUM applicabit ONERARIAM. Quæ ille non vexit in hostes bella? quam in Orbem non tulit famam? quibus non intumuit honoribus? Uno hoc flumine*

plena Europa: influxit enim in Regum & Principum sanguinem, ad Romani quoque Imperij allapsum fastigia, in coronatam meritis Domum, Mitras invexit. Posset hoc Amni tota vehi Cæsarum fortuna, & maxima quæque classis sua vela explicare. Nulla brevia sunt, in tanta amplitudine, & innumera ostia ad famam, ad honores. Arenæ Martiales littora adornant, & nè inumbrent sylvæ perfluentem, trophæa marginem occupârunt. Facilè jam advertimus, prosperos OPALENIÆ NAVIS ad cælum cursus, hoc se vehente amni: nec plenam errorum viam, Sidere Celsissimi SIENIAWSKI; in hac navigatione, duce præsentissimo. Hoc enim prælucente, ipse Mavors ad certas currit victorias; Regnique securitas Lunæ innixa cornibus, adversæ fortunæ iras & odia, amat, de lassis, Patriæ, tot calamitatum pondere, visceribus, expungere. Quam favent Sidera, quàm Amnes Navi!. Nos officiosa pietate, immiscuimus magnis doloribus nostros, ambitiosi nimis officiosæ pietatis obsequiô, quòd ausi simus, tam grandi mærori, nostrum interponere. Exuberantibus fluminibus exigui torrentes affluunt, nec profundi spatiosique dedignantur amnes, parvorum aquas rivorum. Sic vos Principes, quà estis humanitate in literas, eruditarum lacrymarum testimonia, huic paginæ innatantium, intra intimi sacraria mæroris admittetis. Citò alia arescit lacryma, hæc æterna erit, & quodammodo indurata, Vestri quoque doloris perenne habebitur monumentum. Inferetur illud omnibus seculis, Vestro maximè titulô commendatum nominis; non tamen absque voto lætiori abeat. Vivite? & serò, nisi post expleta vota, coronata desideria, post immortalia opera peracta, & adhuc diu Vestræ gloriæ superstites, laureis triumphalibus Cupressum interserpere videatis.

Ita vovet

Celsissimo Nomini Vestro

devinctissimus

Author.

DOLORUM ONERARIA NAVIS.

NAVIS, post expositos in littus gloriæ Heròás, post gestos fasces, & Purpuras, deniq; post ingentes honorum apparatus, facta es dolorum ONERARIA. Heu fatorum vices! fulgebant in transtris, in armamentis illustres Majorum Ceræ, elati honoribus eminebant Viri, plena puppis curulium, referta Regnorum decoribus prora, ingentem faciebat, ipsi quoq; de fastigio rerum humanarum spectanti fortunæ invidiam: nunc tota illa eminentissimæ DOMVS majestas, non velô Carinæ suæ, quó caret, obducta; at funestis dolorum involuta nubibus, omnium ho-

die oculis & animis, exposuit tristitiam. Tanquam hæreret in vado poscit lacrymas, & destituta aquis, calidum imbrem oculorum. Huc suspiria, huc auxiliares manus? trahite, aut impellite NAVIM, ad lapidem obhæsit sepulchralem. Sinuate Honores in vela Purpuras, fasces in antennas, scipiones aptate in remos, meretur triumphalis Argo, concede Gradive hastas; nè in Scyllis suspensa, cursum, suamq; fortunam moretur. Hæret Superi & hæret? heu serò intelleximus! quàm graves sint sepulchrorum lapides, quàm sua, ipsi quoq; cineres, quos leves putavimus, habeant pondera.

Frustra laboraretur tot votis, tot suspirijs, nisi Tu opportunè, & penè divino consilio Celsissime SRZENIAWA adflueres. Secundo Tuo flumine, allisa ad fatorum rupes OPALENIA NAVIS ad æternitatis appellet portum. Tu enim cælo cognate Amnis, cùm à Superis trahas originem, caputq; sub sideribus recondas, facile adspirantibus virtutis pietatisq; Tuæ Favonijs, ad fortunatas NAVIM hanc deduces Insulas. Et licèt Onerariam virtus, fasces, Purpuræ, Scipiones effecerint, par alto SRZENIAWA, illoq; vicinus sideribus, absq; jactura & incommodo, Carinam tot illustrium factorum, immortalium operum consciam, cælo restitues incolumem. Nè nobis quoq; hæreat aqua, jam cælo influente Oneraria, remîs velisq; contendemus, ut ad æternitatis portum, appellentem, nostri obsequij studiô prosequamur. Legemus, etsi difficilia sint in mari Navium vestigia, in nostriq; doloris argumenta, colligendo immortalium operum prodigia, nobis ipsis, posteritati, famæ, erigemus

gemus dolorum Classem. Ipsa equidem cælo allapsa jam plena gaudiorum, dolores non capit, sibi felicissima, tamen nostra desideria, vota castigat patientiâ, adeoq; elicit communem luctum, ut nostrorum dolorum credas Onerariam.

Opus divinum NAVIS, Palladem erudita arma gestantem, ab hasta, ad asciam, à clypeo ad amussim, evocavit. Dea ipsa eruditorum operum fæcunda Virgo, abjectâ galeâ, depositoq; Syrmate, manus teneras, ducendis literis aptiores, scindendis, disponendisq; arboribus applicando, seculorum omnium testatum reliquit admirationi: Carinam nunquam homines, solos tantùm Deos potuisse fabricare. Nec Libanus Cedros, aut Pinum Mænalus, ad novæ molis submisit apparatum; Dodona debuit, feracior oraculorum; quàm fere arborum, etiam cum jactura stirpis fatidicæ quercum concedere. Ruebat cum dolore populorum, salutaris consulentibus sylva; & simul videbantur Regnorum spes, necessitates mortalium, cum truncis, cum frondibus concidere, cum radicibus evelli, cum folijs arcana Deûm deleri. Steterat attonita expectatio, quid tam sumptuoso pararetur excidio? Iam putabat nova, ad excipiendos Superos, de excisis arboribus surrectura palatia: aut Iovem, suo relicto cælo, cum Iunone, tales in ædes, post consilia de orbe habita, post fulminata scelera descensurum. Imò templis, aris, dignas arbores judicabat, nullumq; truncum aptiorem ad Superûm suscipiendos vultus, Dodonæo. jam thura, jam victimas parabat, vota disponebat, si modò aliquis Deorum arborem plenam oraculis, fronte, oculis, ore, animâsset.

Cùm talia aut destinat, aut cupit impatientissimè; abeunt in transtra, in alveos, in puppim, in proram, fatidicarum trabes arborum. Coáluit navis nunquam visa, classis nunquam mortalium concepta mente, distinata animo, statim in primo apparatu prodigiorum oneraria, quæ nunc dolorum. Quis enim non horruit? cùm prima experimenta in mari tentarentur, cùm pericula uno palmo abessent, & præsentes mortes in trabibus oberrarent. Quis demum non stupuit? cùm superbum mare in fluido tergo portaret naves, attolleretur velîs, scinderetur remîs, & usq; præ indignatione liberum, olim, spumaret. Quis non stupuit? conjunctam Europam Asiæ, Asiam Africæ, illatas ignotas gentes ignotis, hyemes torrido cælo, calores rigenti; æterno gelu, Bosphoro. Qui verò primi Argo conscenderant, Numina non homines erant. Castorem & Pollucem vide inter sidera relatos, Herculem inter Deos, Iasonem inter Reges; primæ merces, non famelicorum vota mortalium frumenta; non Sydonia fila; at Regalium pectorum amor; vellus aureum. Intellige ex hac Navi, NAVIS OPALENIÆ pretium: aut potiùs eandem statue; quam enarravimus. Et hanc Dij ædificavere, aut ubi in cælos translata fuerit, iterum in præmium pietatis, de sideribus in istam Domum transmissa, omnia cælestia, divina, invexit. Cælestem, credas, quia absq; malo, divinam quia absq; velo, se ipsa magnificam, sine impulsu celerem, sine remis agilem, sine clavo certam, sine ventis currentem, sine mari, in alto. Sola est, & non unius Cæsaris fortunam vehit. hæc potuisset Matrem De-

orum

orum Romam deducere, hæc Æsculapium, hæc ipsa, alio Numine remoto, sibi esse pro tutela. Si verò remiges contemplaberis, priscos Heròás, de stirpe Deûm prognatos Homines, æternitati ob immortalia facta insertos, advertes. Hîc fortior Hercules, hîc solertior Typhis, hîc Castor Polluxq; fortunatior; quàm illi, quos prisca vetustas, armamentis extructæ NAVIS imposuit. Per fasces numerantur, Purpuris censentur, & illorum Curuli fere omnia tempora decurrerunt. Effluentibus seculis innavigavit Argo hæc, nec inhæsit signantibus momenta arenis; affluentibus, se ad fastigia efferendam obtulit, nec subsedit, nisi inter Proceres. Absorbere fluctus insultantem tempestatibus non poterant, procellæ obruere, venti evertere, immobilis, licèt qvateretur, non hians rimis, nec aquas alias admittens, nisi sudores; multis licèt pro Patria impeteretur vulneribus. Et si qva rima inventa est, erat illa desiderantis indicium vel pro rebus Poloniæ ad Thulen usq; navigandi, aut pro gloria Gentis per hostilem sanguinem ad triumphos emergendi. Nec tanti ausus annis continuabantur, seculorum motu non lassi, ad ipsam æternitatẽ sub immortaliũ operum pondere, gloriosè aspirârunt. Quare omnia secula, sicut factis OPALENIORVM illustria, ita simul titulis magnifica, se ipsa possunt, non conferant alias memorias; illorum numerare aut fascibus aut trophæis. Et hôc vel ipsi fortunæ rubor incuti poterit, quæ gnara vices ludere, his continuam indulsit felicitatem. Sed debuit hanc raræ OPALENIORVM concedere virtuti, raræ impertiri solertiæ. Nunquam enim NAVIS hæc

in profundo, nisi fortè sapientiæ; nunquam asſve-ta lassis rudentibus, & fatiscentibus remis legere littora; semper media effusi pelagi marmora, ingentibus ausis, majoribus ausu factis, cõsignavit. Digna certè qvam nulla pulsarent fata, nulla vis impelleret, nulli deniq; casus impeterent. Sed ô fatorum inclementiam! qvam incolumen nobis optavimus NAVEM, allisa saxo sepulchrali, ingentes disjecit tabulas. Heu rudem Libitinam! his mandata Regnorum confudit arcana; inscriptas sanguine hostili notas delevit. Qui dolor, etiam ex disjecta classe, facit sui Onerariam.

Sed nè confusa sit, in hac tempestate dolorum Oratio, omnium seculorum perstringet memorias, ad unamq; Illustrissimi COMITIS tumbam, in sua Navi omnes conducet Majores. Adnavigabimus Patriæ honoribus, fastigijs, culminibus Reipublicæ; illisq; insidentia Majorum BNINIORVM, Illustrissimorum OPALENIORVM Nomina, prona veneratione, ut sua NAVI, nostris lacrymis, communibus suspirijs utantur; gentilem in Carinam invitabimus. Primum in hac Classe, locum sacra nanciscantur, & se vehant Magni Antistites ad luctûs societatem, imò illi ipsi veniant, ad doloris nostri irritamenta. Ingens ex ipsis & pietas, & incredibilis sapientia promicat. Ipsa sanctitatis simulacra, majestatis pleni vultus, oculi innocentiæ, ora gravitatis. Qualem vel Apostolica formavere præcepta, vel qualem leges jussere Antistitem, talem se quisq; factis, virtutibus ostendit. Nihil desiderari in illis potest, tantùm ipsi, nec ipsi quoq;, tam eminentes in Annalibus. Circum-

scri-

ſcripta enim vita mortalium, certô annorum conſtat ſpatiô; intra ſecula decurrit, raro ſuperat. qui poſt metas ſeculi quærit ſuperſtitem hominem, aut ignarus eſt vitæ brevis, aut nimis ſuæ fidens. Deſiderari non poſſunt homines, ubi deſierint, poſſunt hominum exempla, ex quibus noſcantur aliquando, hi vixiſſe, qvi naturæ fatiſcentis conditione, vivere deſierunt. Extant itaq; Magni Antiſtites in memoria Annalium, immortalium operum beneficiô; & quam vitam non poterant ætate extendere, factîs ultra ſecula promoverunt. Ego alios innuam, alios cortinâ antiquitatis involutos reverenter adorabo; ſanctè enim hæc debent nomina tractari. Impoſuit ex ŁODZIIS alteri Cujavia, alteri Poſnania Infulas, poſt iſtos verò, fere omnes ex hac Gente, Poſnanienſes Epiſcopi, ſuccedebant in honores. Mirandum certè! nullus Majore minor, nullus minore Superior: omnes fortuna, virtus, Infulis æqvavit. Septem enim poſt primos Pontificali innixi pedo, fortunam Regni, Provinciarũ pietatẽ ſuis humeris erigebant. Sæpe ſublata virga Paſtoritia ſcelera caſtigabat, ſæpe ſtricta in hæreſes, Chriſti aream ab his quiſquilijs everrebat. Sed vafra Capita, cùm nollent patienter ferre modeſtæ pænam juſtitiæ, nè protervià increſcerent, igne, gladiô, de rebus humanis exempta, in præciſa cervice ſpes ſuas, in cineribus levitatem, ſerò, & niſi apud inferos adverterunt. Producam ex umbris Annalium illuſtre exemplum; eniteſcat? habet in triumphali præſtò ignes rogo. Invaſerat Poloniam, Huſſi nimiùm edax flamma, non illuſtratura Lechiam, verùm potiùs, quod in vi-

cina Bohemia ſpectavimus, in cineres radactura, parum adhuc eſſet, ſi terris incubuiſſet voraciſſima, etiam cælum tetrò eripiendo fumô, æternis, qvem tantùm aduſſit, flammis addicebat. Septem incendiarios Orcus ſubmiſerat, Heroſtratos ad Templa in cineres redigenda, tanquam illos pæniteret orthodoxæ pietatis, Phäetontes ad cæli lumina, nam non digni erant, ut ſpectarent, extingvenda. Sed incidit in vigilem de hac gente ANDREAM Antiſtitem, nimis diligens in Gentium perniciem Hæreſis: ut enim ſuppoſitos cineri doloſo intulit ignes, & jam in flammam animare incipiebat Zbaſij: anteqvam infernalis emicâſſet ignis, aut par Trojæ incendium proxima corripuiſſet tecta, ingenti auſu Zbaſium accurrit, trahit aut potiùs rapit manum, cælo auxilarem, inferis pernicioſam, capit incendiarios, quàm congrua ſceleribus pæna I rogô damnat. Arſere puriori igne, impuri titiones, victimæ inferorum, itura præuſtis lateribus, in orci ignes, mancipia. Nihil pulchrius illô igne, nihil illuſtrius factô zeloſiſſimi Præſulis. Ardebat rogus, ſed magis zelô Antiſtes; hôc tantùm nimis anxius, quòd tendente ad ſuam metam igne, cæleſtis conſcius originis in Hæreticis animus, ad inferos properaret. Illuſtravit factum iſtud pientiſſimum Antiſtitem, illuſtravit & totam Gentem, nam olim dicti BNINSCII, jam dicuntur OPALENII. Si Africam domuiſſet Præſul, aut legiſſet de Aſia triumphos, magnificentiora in Familiam, non importâſſet nomina. Africanorum aut Germanicorum agnomina, Regnorum excidijs, Gentium ſangvine parabantur: hæc pietatis ſtudio, fervore in

rem

rem Catholicam conquiſita, ut multum decoris à facto, ſic ab igne plurimum luminis acceperunt. Liceat exclamare! Neminem ignis clariùs Illuſtriſſimis OPALENIIS illuſtravit. In ipſo nomine ſunt ILLVSTRISSIMI: non addas titulos, lumina honorum non appingas, ſe ipſos illuſtrabunt. Quæ umbra inerrare poteſt igni, quæ flammis innatare caligo? Extinxere in ſuis flammis umbras, ideo nullas jam habent. Auget lumina, & ſe teſtatur OPALENIVM alter ANDREAS, ſi ſpectes tempora; idem, ſi pietatem. Nam licèt Majorum ſuorum curâ & laboribus, Hæreſis in igne extincta Poſnaniæ videbatur: ex Huſitarum tamen cineribus, in illo foro relictis, veſpertiliones enati, lucem fidei non ferendo, infames errorum noctes, infeliciſſimæ Vrbi invehebant. Nec internoſcere potuit, à nominis Chriſtiani notitia, vocata Poſnania, lucem, & noctes: imò nebulis involuta, terris notiſſima, à cælis nec videri, nec cognoſci poterat. Advertit è ſpecula Præſulea proſpiciens Antiſtes OPALENIVS noctes ſupra Vrbem pendere, diſpulit luce veritatis, caliginem, diem reddidit, & conqviſitas peſtes ab ovili Paſtor exturbavit. Dabo alia ſubſidia luminis, ſi iſta necdum ſatis OPALENIOS illuſtrârunt. propiora, & fere in noſtris oculis acta; ideo è proximo, perſpicaciùs videbuntur. Quis in rem Catholicam non vidit Illuſtriſſimi CASIMIRI OPALENSKI, Epiſcopi Culmēſis & Pomeſaniæ fervorē. illa illa de zelo Majorū ſuorū ſcintilla ferventiſſimo injecta pectori, pulcherrimi ardoris fomes erat. Pati non poterat Hæreſes: alios diſſidentium exemplô Thorunij, traxit ad Catho-

tholicæ consortium Ecclesiæ, alios legibus coërcuit. Quos turbines ille non cõpescuit? Pericula in Petri navim adornata, suâ excepit? & nè in littore Vistulæ, naufragium pateretur pietas, effecit ingenti conatu, ut Hæresis littus araret, ille uberem gloriæ messem colligeret. Hos, & tantos vexisti felicissima OPALENIORVM NAVIS. Vixissent! ad nostræ felicitatis argumenta, ad labentis in Polonia fidei subsidium. Aut Tu invexisti illos cælis, aut ô nimium parca, profundô grandîs magnitudinis Tuæ, licèt possent eminere Te supra Infulis, comprimis. [illegible]gnam [illegible] credo, non Cymbam. Cymbarum Sena[illegible] [illegible]ponere, tumbarum servare. At [illegible] va [illegible] ribus nostris, sacros Cymb[illegible] [illegible]es, nè suspirijs, nè desiderijs d[illegible] [illegible]tur seculorum.

Iam re[illegible]a, à publico funere, sacra Pontificum majestate, appellant ad Illustrissimi COMITIS saxum sepulchrale, PALATINORVM de Gente sua Curules. Grande ornamentum Domus OPALENIÆ, inter operum immortalium decora, in suis atrijs, totum Senatum recensere. Tanquam illa ideo NAVIM patriam haberet, ut per effusos sudores, lætabundi honores, conscensa puppi, ad sua limina, continuò navigarent. Et factum est; secula testantur: quòd nunqvam ab hac Domo exivere honores; imò tanquam affixi transtris, ipsi immoti, ad omnia honorum fastigia, tota classe irruebant. Quam partem tantùm, fortunatæ Navis introspicies; aut Purpuræ fulgent, aut Clavæ terrent, aut fasces oculos lacessunt, aut laureæ sudorum plenæ, revirescunt. Possent ex una hac Domo,

mo, aliæ mutuare titulos, ſortiri nomina, petere Curules: & multis hinc aſſumptis, adhuc affatim titulorum, ad attolendam gloriam OPALENIORVM ſupereſſet. Vndecem PALATINORVM Poſnanienſes, Caliſſienſes, Breſtenſes Purpuræ, ad invidiam ſpectantium radiant. Illæ non tam Sydonio murice; quàm ſangvine tinctæ heroico, virtuti, non fortunæ, rubore ipſo, data honorum fatentur ornamenta. Si ſpectas Viros? quot ſalutaria de ipſo vultu ſpirant ingentium animarum molimina: ipſa frons ad cogitationum impulſum inarata, [illegible] gitur. Hanc conſiliorum [illegible] Et modò, pingves Poloniæ civi[illegible] heu quot laureis, quot triumphis, [illegible] incauti, dolentes ad alia revocamus [illegible] Mirantur illi potiùs ſpem Generis [illegible] cineres, magnum Nepotem, umbraru[illegible] [illegible]perio, & ingentes animos parvâ urnâ teneri. Et veluti opus eſſet pijs manibus ſupplementô, ſtupent, ſua aucta recenti funere conſortia. Simulq; incuſare videntur terrenarum vices rerum, quòd ſua ingentia, ſuorumq; molimina, grandes conatus, maximos apparatus, exigua athomus, & quidem de illa ſede, in qua magnus animus, tanta concipiebat, terminet. Sic vehis, ſic revehis dolores NAVIS, grandes ſatis! & ideo es Oneraria.

Necdum magno, dicam palatino, dolore ingentium Virorum, bene expedito; alternas mæroris vices CASTELLANA ſubit Curulis. Oſtentatur longa ſeries in armamentis Purpurarum, & ſibi glorioſa obſtat copia. Inſignis tumultus eſt, Proceres

ceres commoventur. Qui dolor! si lugent Purpuræ, quæ lacrymæ! si lumina honorum lacrymantur. Illustris certè mæror; posset cum sudo cælo, stellis ardente, irrorante tamen sitientes terras, decertare. Et debet tanta jactura non vili luctu defleri! certè quæ cadet in urnam lacryma, gemma fiet. Meretur & lugentium dignitas, & jacentis in tumba Illustrissimi COMITIS æstimatio, pretiosam lacrymarum tempestatem. Digna Senatoribus comploratio, gravis enim [illegible] Non decent equidem [illegible] ount, cùm in gem[illegible] uctus fuerit, erit t[illegible] is certè facies, qu[illegible] STELLANI. S[illegible] omnium vultus mæ[illegible] nec solitarius dolor [illegible] puram, alius Calissiense [illegible] ocensem ille, aut potiùs [illegible] es totam Poloniam, totum Sen[illegible] um, [illegible] mæroris ducunt comitatum. Posuistis Illustrissimi CASTELLANI mensuram rebus, imponite dolori? certi sint fines sicut gaudiorum, sic dolorum. Non excedat legem natura, non amor. Dic quidquid volueris: tenere non possunt modum ingentes animæ: magnitudine enim sua mensurant dolores. O quantum vehes NAVIS lacrymarum, quantum luctuum! dicam qvod sentio: fecit Te magna jactura Onerariam.

Purpuræ dolebant, & lacryma pretiosa fluxit à murice, pondus quisq; dolor habuit, à gravitate Senatoria, pietatem à Pontificum sanctitate: nunc

fere

ſere ſangvine è Heroum vulneribus effuſo, madeſcent. Mirum in modum augeris NAVIS ingenti luctûs apparatu! nec ſolem cadentem ad Eridanum, tot luxere pupillæ, nec tam magnæ. Sed revolvenda ſunt ſecula ad hujus complorationis pompam; & ſicca, inter antiqvos cineres, lumina, ad luctus cogenda, ut conſtet; omnium ſeculorum, in unum diem, dolores conveniſſe. Quantum accedet ad communis luctûs acerbitatem; qvum de hac Gente Heroes, ultra Patriam proferentes triumphos, & victricia ſigna Budæ inſigentes, plenam dolorum urnam circumcingent. Fulmina in oculis qualia Hercules, aut Hector habuerat, vultus in hoſtem truces, frons minis inſcripta, certorum notas & præfert triumphorum, & indicat tales ſub Boleslao Audace Heroes militaſſe. Tremuit illis bellantibus Hungaria: magis pallebat illorum timore, qvàm ſuo auro, magis effuſo ſangvine, qvàm nativo Bacho ebria, ſæpe gladijs, haſtis confoſſa Lechicis, non uno exitu, animam evomebat. Bella fuerant certè Poloniæ bella, quæ non tantùm Belæ exuli, Regni reſtituerent fortunam, verùm etiam & Poloniæ eam inſcriberent gloriam: potuiſſe Polonos & ſua tueri, & rapta Civium ſeditione Regna Principibus reponere. Ab Hungaria in Sileſiam, devi. et gloria, & hærentem ſi non Głogoviæ, certè annalibus virtutem PETRI ŁODZIA adoret. Impetebatur ab Henrico V. Imperatore, cùm Iuris Polonici eſſet, Vrbs hæc, coronis ſuccincta caſtrenſibus, in arcto res ſuas habebat, fortitudinem, PETRO animante & urgente, ultra exercitum Imperatorium extenderat. Pulſata arietibus non in-

gemuit, imò bellici tumultus animata clamoribus fama, distulit per orbem, & oppugnatæ Civitatis constantiam, & PETRI fortitudinem. Munijt seipso Vrbem, magisq; firmior fuit uno Viro, qvàm vallo, qvàm fossa, qvàm mænibus. Sensit difficultatem Imperator expugnandi, vertit signa, & tergum ab Vrbe, orbis oculos in Głogoviam, & PETRVM. Da orbis modò admirabundos oculos? deflemus eam jacturam, quæ etiam pios, Heroicosq; tangit PETRI cineres. Vertatur admiratio in dolorem, aut potiùs, læta stuporis imago, induat mæroris effigiem; ut prisca admiratio, recentissimo immista dolori, & Majorum gloriam, & nostros luctus, hærente lingva eloqvatur. Interim utrumq; audiat Orbis, nos abeamus: nam de Vrbibus in campos prorumpunt Heroes; sic virtus impatiens freni, sic dolor modi. Sub Kryvousto, plures victorias numeravit Polonia, quàm dies in mensibus: quo illata signa, certi efferebantur triumphi. Nec solus egit bella Boleslaus, dabat etiam pugnandi auspicia; & cùm juberet pugnas, victorias imperabat. Præfecerat exercitui Ducem IACOBVM de BNIN, tonitru contra Pomeraniam, fulmen in hostes, excidium in Vrbes. Victoriæ antecedebant euntem, ipsi se substernebant triumphi, ipse Gradivus, sub his signis miles, ipsa Bellona commilito. Pavor circa exercitum, timor à fronte, pallor à lateribus, super signa, & inter, certa volitabat victoria. Hinc hostes pavore perculsi, perstricti timore, pallore turpes, priùs sangvinem amiserant, qvàm vulnera, quàm cædes senserant. Dixi omnia, subegit Pomeraniam. Vehe fortunata Argo triumphos,

phos, mare propè fluit, & dum spolia, prædas, captas Vrbes pro mercibus impones; dum Pomeraniæ gemitus, lacrymas, in puppim, vel in proram coges, nostrum quoq; tot decoribus immisce dolorem, Tuus est! Quis depugnata bella recensebit? Fabios de hac Gente evolvet? Nullum certamen habuit Polonia; cujus magna pars non fuissent OPALENII; nullum triumphum egit, in quo coronas, præmia, non tulissent. Vide Prussiam, Crucigeros profligârunt, Legnicenses campos, si siccam, post priscos Tartarorum conflictus tellurem premes, OPALENIVS sangvis, Henrici Principis purpurato immistus cruori, stillabit. Russiam trophæis distinxerunt, rebelles Poloniæ Cosacos sub jugum miserunt, fugaces Tartarorum animas, in ipso cursu deprehensas, orco litabant, demum Asiam magnis afflictam cladibus, non totam, in admirationem nominis sui, remittebant. Tota Classe possunt OPALENIORVM vehi triumphi, & esse innumera pro malo trophæa, pro velis spolia. Heu quantum decus dolorum! tot inter ornamenta Generis locari.

Nimiùm in honores peccamus: illustria Nomina, semper sereno fortunæ suæ irradiata, sub tristium procellam Nubium evocata, post amænæ serenitatis spectacula, Scenam instruunt dolorum. In NAVI dolor funebria explicat theatra, & navales sunt ludi, non loci ingeniô; verùm lacrymarum invitamentô. Deduxit de alto fortunæ, in hunc situm Libitina puppim laureatam, & omnibus transtra occupantibus, necessitatem lugendi imposuit. Iam CANCELLARII rostrata NAVIS suæ ora,

Regum Principumq; lingvâ animant, ut olim fatidica, fatorum suorum exagitet inclementiam. Iam duo Regni MARESCHALCI ante Regum soles auroræ, coronatos Scipiones, in funestam mutāt cupressum, & quo fata vocant, eunt, cautèq; tacto cineris cognati exiguo aggere, inerrantes è magno lumine scintillas, in doloris sui commovent irritamenta. Vix hi abeunt, instant INCISORES, DAPIFERI: nihil arridet palato, in tam acerba fatorum amaritudine. Tanquam supra mensas esset debellatum; spolia Libitinæ, mortuales exuviæ, insipida extremæ vitæ bellaria, nauseantibus offeruntur. Veniunt SVCCAMERARII ad tumulum & hærent; promovere limites ultima non permittit linea, solos exiguos, de magnis OPALENIIS, dum spectant cineres, mensuram in subtili exiguitate non inveniunt. Colligunt tamen athomos illas, licèt nequeant mensurari, de lumine OPALENIORVM excidisse. Tandem sex Majoris Poloniæ GENERALES, grandia famæ Nomina, Iuris legumq; oracula, Majoris Poloniæ maximi Atlantes, OPALENIÆ Gentis lumina, etiam inter fatorum tenebras satis illustria; licèt sensum doloris inter Manes amiserint, magno & quasi collecto, dicam generali, luctu, tanti damni deplorant magnitudinem. Tetigit pios cineres Gentis suæ jactura, & commovit. Audiri videntur: Iam nobis care cinis admisceris. sic ne amor est umbrarum? Nos voluimus ut nostram vitam viveres: Tibi fortunas, opes, Tibi honores reliqvimus, fruereris. Tu rerum humanarum pertæsus, an nostrûm amore captus, nobis pro sanguine, rependis

cine-

cineres. Hisne Gentis nostræ lumina sopiuntur? Expungimur de orbe necessitate fatorum, & præciso vitæ filo, huc inducimur. Relinquimus in orbe desideria, hîc corpora, animam ubi Numen destinârit. Divisi in partes, ubiq; sumus; unius peregrinationis, quàm diversa hospitia! Tene jam angustos lares pro palatijs, pro fortunæ apparatu hororem umbrarum, pro honorum fastigijs, squallida terrarum viscera: nec hîc perdes pretium; omnia loquentur secula, mutus lapis indicabit: hîc jacere OPALENIVM. Conticuere omnes, ipsumq; silentium, admiratione longa sustentatum, acerbissimi doloris interruptum est tumultu. Tota classis personuit luctu, hôc inhorruit puppis, hôc prora concussa est. Nolo, licèt adhuc supersint multa de hac Gente Nomina, acutissimi mæroris exagitare acerbitate. sat datum lacrymis, & plena puppis dolorum est.

Solò funeris, mortisq; commoti Majores, ad tanti mæroris angustias, argumentô, ingentes de sua classe extulerunt dolores: ô quantos ciebunt! cùm facta, cùm virtutes audient. Ad magna ex magnis natus, nihil fortunæ, omnia virtuti concedebat. Adduc in teneris maturus, in angusto corpore ingenti animo testabatur, infusam in se ex amplissimis Familijs, tam indolem virtutis, quàm oris honorem. Ex TECZENIA enim Matre innumera seculorum decora, affinem Lecho sangvinem, genus ex dijs aut semi-dijs deductum, Heroicis, nè quid fortunæ deberet, operibus, ipsi Alexandro Magno (si credimus historijs) notum; quot temporum labores, quot hominum negotia in unum collata!

lata!

lata! derivavit. Auxerunt Generis gloriam Illustristrissimi Patris immortalia facta, bella peracta; Magistratus administrati, fasces gesti, Curules majestate nominis, virtutis admiratione, occupatæ, lances Iustitiæ, rerum & sententiarum graves pondere: addiderunt famæ momenta, insignes Majorum Imagines, simulacra Iove digna, facta mortalium viribus majora. Quot ornamenta, quot decora in unum congesta! potuissent trecenti Fabij tanto virtutum, fortunarum apparatu, non unius hominis ætate, at tardis seculorum ambagibus superbire, & sufficeret, imò post longorum temporum diverticula, multum adhuc ad seræ jactantiæ nutrimenta, Nepotibus, Nepotumq; posteris superesset. Sed fortuna unum concessit, nè sua felicitas, in plures divideretur. Tot luminibus unus sol debebatur, raris & admirandis Majorum opibus Phænix. Meta ille omnium votorum, omnium honorum; qvia unus. Vertit in se Regni Regumq; oculos & animos, nam alium non habebat, qui amores divideret. Præcursor verò Regum PATER ILLVSTRISSIMVS MARESCHALCVS (inquam) Regni; jam sua indole insignem & eminentem, scipione demonstrabat. Subtraxit tamen Patriæ amoribus Filium, soliq; extero videndum concessit. Ibat extra Regnum, fortuna Regni, spes Generis; ùt vidit Germaniam, Majorum advertit vestigia, ùt Cæsarum Aulas subintravit, Legationum monumenta ad SIGISMVNDVM Imperatorem Atavi sui, ad CAROLVM V. Praovi, ad FERDINANDVM II. Avi, legit, & gratus Nepos alta mente reposuit. In liminibus Vaticanis ANDREÆ

OPA-

OPALENSKI Secretarij Majoris, excubantem famam advertit, & affusum CLEMENTIS VIII. pedibus, pro SIGISMVNDO III. ipse quoq; adoravit. Cum verò in Gallias abijt, Parisiosq; hospes magnô pressit vestigiô, adhuc recētissima, per plateas, magnificæ Vrbis advertit OPALENIÆ legationis decora. Pene illo adhuc splendore radiabat opulenta Civitas, quem Illustrissimus CHRISTOPHORVS OPALENSKI invexerat. Illi, qui viderāt, & resciverant Iuvenem Parisios venisse OPALENIVM, accurrebant recensitum: quo apparatu ingressus suus Patruus Vrbem, quo comitatu, quibus opibus, & Vrbem & admirationem expleverat. Audivit à narrantibus: ùt refertæ hominibus plateæ, ùt tecta sub pendenti laborabant multitudine, ùt omnis ordo, omnis ætas effusa. Non senes tardati annis, non virgines pudore, non matres custodiâ domûs, non viri negotijs, non Magistratus publicarum administratione rerum retenti, non ægri morbis, saltim hunc ultimum visuri diem. Senes exemplorum suæ ætatis memores, & ad illa componentes singula, in memorijs nihil reperiebant, quod posset ad splendidissimæ legationis venire comparationem. Iam Matres supra cætus, futurum attollere populum infantes, jam ostentare Polonorum vultus, opes; jam fluentes ad plantas vestes, extremæ Europæ habitum, jam pharetras auro graves, frena gemmis turgentia, rarissimarum Avium quales barbarus Oriens, aut perusta sole plaga mittit, sublata plumis Capita, non tamen levia: serioq; inculcare, observarent, narraturi posteris. Qui verò in Aula LVDOVICI XIV. octennis, apparatus,

quæ admiratio! quanta per totam Galliam gaudia, publicæ acclamationes, in unoq; Hymenæo totius Galliæ, Poloniæ, tripudia. Desponsabatur VLADISLAO IV. Vxor LVDOVICA, Virgo Europæ decus, felicior olim immortalium operum, quàm liberorum Mater. Sic & ille in admiratione nondum soluto ob peractam legationem Patrui sui stupore, parem majestatem in vultu, in moribus cultum, in apparatu splendorem, præferebat, & non indicatus potuit ex Indolis suæ & fortunæ argumento, nosci OPALENIVS. Multa vidit, plura in se videnda intulit, plurima miratus, in se omnia admiranda fecit. Gaudebant campi, qvibus incubuit, arbores, sub qvibus resedit, fontes qvos bibit, maria, qvæ navigavit, flumina, qvæ transmisit, palatia, qvæ inhabitavit, Templa, qvæ implevit pietate. Tenuissent ad diuturniora gaudia Iuvenem Illustrissimum, sed Patria revocabat. Vix enim redijt, aulam Regum Serenissimorum IOANNIS CASIMIRI & MICHAELIS magis indolis magnitudine, quàm obseqvijs implevit. Carus Regibus pretiô virtutis; expectatione, spe, jam summa fatigans capita, nempe, ad qvæ destinari deberet, omnibus par, Regni munera. Qværebatur in Aula honor offerendus, dignus OPALENIO, minora enim decora se ipso prævertens, summis instare videbatur. In censu quippe honoris reponebatur nasci OPALENIVM: absq; additamento, mole fortunæ suæ superior fastigijs, difficultatem injecerat; qvo culmine evehi, aut potiùs, qvod culmen illô attolli posset. Absolvit Aulam à magnis cogitationibus, Gradivi ad opera conversus. Pro

STE-

STEPHANO CZARNECIO Excubitor, fortunam exercitûs, suæ NAVI imposuit, seq; Argum centoculum ad omnes casus, ostenderat. Non senserat exercitus, nec hostes, abfuisse CZARNECIVM, hôc, pro integritate exercitus, ad terrorem hostium excubante. Demum tanquam Cæsar ex utroq; esset, ea manu calamum NOTARIVS Campestris, qva gladium vibrabat, tenuit. Pulchrum erat, inscriptis, ferreo stylo in hostium tergo, (nam adverso pugnare corpore timor nominis prohibebat) vulneribus: adhuc stillante hostili tabo, imponere paginæ minaces literas, magis sangvine, qvàm sæpiâ imbutas. Leget posteritas, & scripta in castris facilê ex charactere advertet.

Magis talium operũ Illustrissimi COMITIS gloriam, ruens Vienna, suis ruderibus, in orbis admirationem, extulit. Nam qvum Othomanicus Mars, excito, à solis cubilibus Oriente, Vrbem illam premeret, totáq; Germania, & socialis Polonia, cadenti auxiliares manus supponeret: ille quoq; cum Patrio exercitu, si res, si fortuna jussisset, prima belli victima. Sub Magni SIENIAVII clava, Heros, sicut Sangvinem in hostes spargere hoc Duce, ita suum dare Illustrissimis SIENIAVIIS in amoris promptus fædera. Nec solus ivit, etsi ille solus exercitum facere poterat: coëgit ducentorum hominum agmen, ære proprio armatos conduxit, hoc est fecit aheneos contra Turciam milites. Heu dura & feliciter dura pectora! vobis allisa Turcia, fortunam suam, spes, vitam; quod gratulandum Europæ, Germaniæ, Poloniæ, in suo sangvine submersit. Et ceperat amor bellicarum rerum Illustrissimum

mum COMITEM: non tantùm enim ipse bella fortitudine sua accendere, aut in arenas primus prosilire, hostemq; impetere amabat; verùm à Martis negotijs Domum regressus, pulcherrima Gradivi exercitamenta animô agitabat. Fere acies in parietibus pendebant, & intra armamentaria exercitus tenebantur. Ferrei thoraces, galeæ, hastæ, pila, gladij rubentes hostium sangvine, & avidi recentem bibere, sicut latè terrorem spargebant, ita induti, certas victorias Patriæ, modò alienis bellis, civiles non immiscuisset acies, illata hostibus morte, peperissent. Heroicum sanè, & magnis animis observatum, salutarem in usum, parietes armis induere, ut in promptu, si communis necessitas cogat, habeantur. Alijs certè forent illa irritamenta scelerum, & cæca temeritas, facilè ituras, impia ad arma, animas invenisset. Nam vidimus instructas ab alijs, de alieno acies, nec tam pugnata, quàm circumlata, lacero cum agmine bella. Vt enim aliquis Turnus signum belli extulit, putâsses, de cælis ruisse insolentes cum pluvia exercitus, aut Cadmo serente, prosilire de terris, locustas potiùs non milites. Continuit ille sicut arma domi, ita manus ab alieno. Noluit per dedecora, per rapinas nomen quærere, & sub pallio boni publici, vestem Reipublicæ, infami ferro dissuere. Inclytus Heros, qverceâ coronâ decorandus; qvòd civiles evitando acies, servavit tot Cives, quot potuit perdere.

Victis hostibus, sagô depositô, seipsum superavit. Remotus enim sua sponte ab ambitu, honores spernendo, merebatur. Nullos titulos magno Nomini adjunxit, & satis nominis habebat. Pur-

puræ

puræ offerebantur, repulſam paſſæ, verecundiores ad Senatum redijere. Faſces ſubibant limina, Curules intrabant, viſas modeſtè de Domo ſuo dimiſit. Nam cùm in Gente ſua, omnes reſediſſe vidiſſet honores, voluerat incubans atrijs fortunæ pondus amovere, nè invidiâ aliquando onerati poſtes ſuccumberent. Permiſit otia honoribus, vagarentur per alias etiam manus, experturi, an ex dignitate tractarentur. Ipſe ſuo Nomine Illuſtriſſimus, alia neglexit lumina, & nè per titulos tanquam ſatellites, ad ſua iretur nomina, primum ſe, amoto faſtu, fortunæ mole, honorum apparatu, feliciſſimus expoſuit Publicola. Putaverat enim fore, ſi honorum compellaretur nominibus, inter titulorum aliquando multitudinem perituram OPALENIORVM compellationem. Quare ſolus expoſitus omnium linguis, uſu induxerat, ut ſuo nomine appellatus, faceret OPALENIORVM nomen, omnibus commune, ſibi proprium. Qui tamen leget agnomen iſtud ſolum, omnes perleget, non legendo, titulos. Recenſebit enim ab OPALENIIS geſtos Magiſtratus, & omiſſi, magis incurrent in memoriam. Dicent Patrem fuiſſe Regni MARESCHALCVM, Atavum Palatinas geſſiſſe Purpuras, Fratrem PINCERNAM Regni, & alios OPALENIOS inter prima Regni nomina effulſiſſe: totq; dignus COMES Illuſtriſſimus dicetur titulis, quot tota Familia, aut potiùs Polonia, ſe ſuperſtite habuit.

Et hoc mirandum ſanè in ipſo, quod in magna fortuna modum tenuerit. Pene Ganges influxerat in arcas, Erythra in æraria, ſplendor Domûs ingens,

opes pares Regibus. Huc natura sua contulit miracula; gemmas, adamantes, congessit, & quidquid hominum cum oculis rapit animos, aderat. Certabat ibi cùm natura ars: aurum in varias deductũ formas, argentum diversas induerat species. Inde magni crateres, & pene illi, quibus, Dij cùm inter homines laterent, aut Dido cum Ænea, suum nectar hauriebant. Illa in patera, innexæ Aves expeditæ alis ad volandum, ludentis artificij impulsæ beneficiô, in pernicissimo cursu hærebant, tutæ pretiô, nè caperentur. Alio in toreumate Ganymedem ferebat Aquila, in alio Proserpinam Pluto ad inferorum vehebat cubilia. Illud aurum pretiosos fecit Gigantes, arbores de smaragdis, Porphyrius cùm Pallante, in Iovem stringebant, & Iuppiter carum de carbunculo fulmen, grandinem de gemmis, in capita pretio jam magis, qvàm suâ jactantiâ, elatiora, cum impetu, qvalem ars irato Numini infudit, jaculabatur. Omnia Pöetarum somnia ne vana essent, & suo cum Morphæo fugacia, aurum illigabat: radiabat incolumis Roma in metallo, Consules in argento fasces attollebant, & ora Cæsarum opes imitabantur. Tota supellex & nitida ab auro & docta ab artificio, cùm spectantium oculos irritaret, Dominum tanqvam negligentem sui habebat. Inter tot pretia ille maximi æstimandus, inter opes admirandas, ipse miraculum. Possidere videbatur divitias, non possideri divitijs. Irritamenta quippe malorum vertit in virtutis nutrimenta. Non enim effudit opes ad scelera coëmenda, non ad opprimendam Patriam, vexandos Cives, non ad commessationes, non ad luxus. Perspexerat in splen-

dore

dore fortunæ, qvàm fluxæ sint res mortalium: qvàm ipsi quoq; fugaces nummi, sæpe Aquilarum, alis insigniti, qvòd nempe citò avolent. Qvare tenebat sub imperio fortunam, nec è pressis dimisit manibus, nisi necessitate ad honestas, pandente fores, impensas. Interim splendida omnia circa Dominum; majestas par fortunæ, nitor in Aula, in triclinijs venustas, mensa lautè instructa frugalis tamē. Et effectum est, in tanta fortuna, summa animi moderatione, ut cresceret opes, & nemo incusaret, innocentes divitias. Non enim augebantur spolijs populorum, non Provinciarum tributis, sola paternarum facultatum, bene administrata ratio, ingentium instar erat vectigalium. Hæc sola virtus, omnes indicat virtutes. Facile justitiam coluit, qui justis opes modis conquirebat, facilè iram coërcuit, qui in magna fortuna, sæpe impotenti animo, frena injecit. Date veniam magnæ virtutes? si immemoratæ abibitis, abripimur à vobis doloribus. Hoc supremum, ad luctûs complementum infelicissima Navis expectabat. Adduxit Majorum dolores sat grandes, sat magnos, nec recessit à littore, donec omnia fere, de OPALENIA Domo, decora evexerit. Sic piraticam exercentibus fatis Argo obsequeris? sic nimiùm oblita Tuorum? ad sepulchrū, per nostras lacrymas, grandia honorum, famæ, à nobis deposita, avehis? siste cursum precor, adhuc addemus ingentium pondera Tibi dolorum, & ut bene, cursuq; inoffenso, ad æternitatis portum appellas, Celsissimum SRZENIAVAM lacrymis communibus affundemus.

Fecit pietas Tua, CELSISSIMA PRINCEPS,

ILLVSTRISSIMA CASTELLANA Cracoviensis; ut ARGO OPALENIORVM, obhærens sepulchralibus saxis, iret ad fortunatissimas Superûm Insulas velociùs. Hanc enim inter Heroicas Tuas curas, habuisti primam cogitationem: ut citò NAVIM cælo remitteres. Et licèt multis immortalibus impensa operibus, quotidie digna egeris æternitate, tamen Magni AVVNCVLI redibat memoria; nec poterat magnorum negotiorum obrui magnitudine. Volueras recentissimo dolori gestura morem, statim Majorum bustis, augustos inferre cineres, volueras inquam; interim aliæ ex alijs nectebantur difficultates, & erant impenetrabilia pientissimæ voluntatis obstacula. Non tamen insepultum reliquisti, Templis, cælo tegebatur, & pene Tuo corde, Tuo pectore. Quotidie in Aris, multorum Sacrificijs cælo inferebatur, quotidie, suo jacens in Mausolæo, piæ occurrebat memoriæ. Quot, ùt animam egere, in sepulchrũ non tam missi, quàm intrusi, saxo sepulchrali, ipsi recordationi, limitem objecere. Putasses eos, non uno lapide abesse à suis, sed mille. Qui ideo citò expediuntur domô, nè diu falsò lugeat hæres, ne imitentur parietes tristitiam; qvam dominus non habet in animo. Volunt citissimè extingvere suos cineribus amores, & pene totum exuere in mortalium exuviarum sepulturâ, dolorem. Tu PRINCEPS CELSISSIMA, merita dictis & factis æternitatem, ut diu doleres, materiam dolendi, tot per annos, Tibi in promptu posuisti. Teneres etiam seculis, ad vivacissimæ memoriæ patientiam, nisi submitteres amores pietati. Colligimus ex tanto

amore,

amore, quòd terris traditus ingenti apparatu Magnus AVVNCVLVS grato perennabit in pectore, imó unô eôdemq; officiosissimæ pietatis obsequiô, simul & Majorum bustis, & Tuo cordi inferetur. Mereberis, cùm leget posteritas, ingentes, ob istud factum, laudes, & erunt, qvi olim imitabuntur. Tot annis non refrixit amor; sed veluti spatiô temporum nutriretur, major erupit. Alius enim sopitis doloribus, & evanescente fama funeris, nexis hinc inde obstaculis, ùt Pompeium tacito funere sepelisset. Tu ingenti apparatu, & more Romanorum Apothèósim instaurâsti, peneq; abeunti ad Superos triumphum instruxisti. Tota Ecclesia plena doloribus, & quia angusta videbatur, producta, foret communium capacior luctuum. Lumina ad dispellendam fatorum noctem, vix non cælestibus respondent, tot lucerent etiam, si tam vastum, ad doloris incrementa, natura terris theatrum indulsisset. Miracula sunt ista amoris! Nam nihil non agis CELSISSIMA HEROINA, quod non sit dignum admiratione. Hanc tu & in pijs pulveribus AVVNCVLI Tui excitas, & attolis non tantùm arenam fatorum stupore, verùm & totam Poloniam. Et debes esse prodigium naturæ, cùm sexu majora agas. Facis enim, qvæ vix Viri facerent. divina in agendo celeritas, in intelligẽdo perspicacitas, animus capax omnium, Poloniam, Europam, pene Orbem complectitur. Hærent attonitæ Gentes, stupent Regna, ipsi hostes virtutem Tuam reverentur. Accedit Celsissimi SIENIAWSKI Conjugis, IMPERATORIA CLAVA, & ipsa terror hostium. hac elata, Polonia cepit eri-

gi, & jugum excutere, postquam major visa est. Quibus triumphis insonuêre campi, quibus laureis refloruere postes Patriæ, Annalium honori reservatur. Ille inter primos Heròás summus censebitur, ipsi ob servatos Cives posteritas imponet Coronas, ob restitutam libertatem, Statori rerum suarum, grata columnas, eriget Polonia. Ipsa hæc pietas, innumeris inferet ornamentis grande decus, qvòd Tecum CELSISSIMA Heroina Hercules Sarmaticus, infractum adversis prosperisq; animũ, depositâ clavâ, & duro tantisper remoto chalybe, inferente hostibus funera, ad doloris submisit patientiam. Rependit vices, & pro sanguine, terribiles hostibus, hîc pios, vasto de pectore intonat gemitus. Quem enim non concutiant magna funera!

Pertinet ad doloris societatem Magni Parentes, & Filia Vestra, Phænix Polonarum Virginum Celsissima SOPHIA, dicam Sapientia; qvam cùm nomino, videor Palladem Polonã adorare. Ad magnæ enim fortunæ nata splendorem, abjecto qvodammodò mundo muliebri, totam se in cultum scientiarum tradidit. Immiscuit Virgineo pudori, pallorem eruditum, noctes literis dedicavit, videturq; ad *Lunam Aurorámq;* Paternam diligentiæ suæ exercere opera, & fontem Aonium in Materno SRZENIAVA habere. Latina donata Civitate, jus Qviritium acqvisivit, ac si Cornelia Matre nasceretur: pene Orbis totius Virgo Incola, Romano sermoni Gallicum adjunxit. Si Ennius tria corda habere se profitebatur, qvòd Oscè, Græcè, Latinè loqveretur, Tu cùm ternum calleas idioma, tribus, loquar cum Ennio, cordibus, totum orbem in Tui rapies

amorem

amorem. Stupebit certè ille, cùm audiet tot lingvas in ore virgineo; in manu, pro acu calamum, in fronte eruditos pro gemmis ſudores contemplabitur. Creſce tantum ingens Magnorũ Parentum ſolatium, literarum decus, ad Te recurrent triſtes hâc tempeſtate Camænæ, & ſexu ſimiles, habebunt certum apud Te jus hoſpitij, imò extorres in ſacraria Magnæ admittes fortunæ, apudq; Te degentibus concedes Parnaſſum. Nunc condolent Tuis ô *Virgo Celſiſsima* vicibus, quòd amiſſi Avi concuſſa funeribus, ſatis exhauſtos literarum ſtudio oculos, tenerrimo lacrymarum imbre inficias. Qvæ lacryma Tua in ONERARIAM OPALENIORVM delabetur, maximô æſtimata pretiô, ad ipſius æternitatis ſumetur ærarium, gemmasq; habebit ex hoc Virgineo rore aut Iupiter, aut Tua Virgo PRINCEPS Pallas. Hanc Thetys omnibus Maris opibus, hanc Iuno omni Regnorum cenſû emerent. Tantùm erudita Tua lacryma ponderis habet, qvantùm docti ſudores!

Sat dolorum NAVIS plena, alios vix ferre poſſet. Ne ultra tempeſtatis noſtræ agitetur procellis, tempus eſt, ut sereniori cælo, reliqvum, ſi reſtat iter, conficiat. Quare Magnarum luctus non recenſemus Familiarum, nec in doloris ſocietatem, gentes trahimus colligatas. Velum Timantis objecimus, ut colligat poſteritas ingentes fuiſſe omnium dolores. pingi, exprimi non poterant: debuerant, qvia grandes, cortinâ objectâ, amoveri à publico. Ne erumpant impatientes, vela aliò vertamus. Tu ARGO OPALENIA grande cælo revehens depoſitum, Illuſtriſſimum COMITEM, nullis obſtaculis, à

Tua removeare meta, imò ſub Sideribus SIENIA-VIIS, in SRZENIAVA ampliſsimo, coronata portum æternitatis ingredere. Favet cælum, & forſitan intra Idus Martias, ut cælo oriaris, NAVIS expectaris. Inferunt Te pientiſsimi CAMALDVLENSIVM humeri, tot vota Maximorum impellunt hoſpitum, & Divi ROMVALDI Scala præſtò eſt, ut vel his gradibus ad cælum eluctêris. Perſolves facilè naulum, pretijs onerata, attinges portum, meritis coronata. Sine malo es, & talem amant Superi, vehis virtutes, & cælum virtutum ambit pretia. Quòdſi aliqva jactura affecit puppim, aut proram, inter ſylvas ROMVALDI Magni Fundatoris Argo, promptiſſima pietate reſtauraberis. Sed curre ? noſtris ſuſpirijs impellimus, noſtrorum eqvidem modò dolorũ, ſis toto ævo, æternorum gaudiorum

ONERARIA.



Regestr Panegiry pogrzebowych

A.
1. Acumen Doloris explicatum
2. Ad mentem Patria Caput

C.
1. Clavis Aurea fracta
2. Classica Mortis feralia

D.
1. Dissertationes super rubricas.
2. Dolorum Oneraria navis. producta.
3. Dolor Patria æternus

E.
1. Encomium ad solennes Exequias

J.
1. In Obitum Serenissimi Principis.
2. Jactura Orbis Literarij transmissa.

K.
1. Xiężyc adumbrowany.

L.
1. Legatus renunciatus.

M.
1. Memoria Seculorum intimata
2. Monumentum Doloris dedicatum.
3. Monumentum Consecratum
4. Mowa na pogrzebie
5. Munus Dolorum

P.
1. Parasceve Descripta

S.
1. Splendor Consecratus

T.
1. Tropheum wyrysowane
2. Tropheum Consecratum

39

1 Vivat Æternum impressum
2 Viva Mors seu Morti superstes

